

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7558

Auteur(s) : Pierre de Saint-Hilaire [particulier]

Bénéficiaire(s) : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1151

Lieu d'émission : Saint-Hilaire-du-Harcouët

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Charte de la donation à l'abbaye de Savigny, de la terre de Mondagney, par Pierre de Saint Hilaire.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Sauvage Hippolyte, *Notice sur Saint-Hilaire-du-Harcouët, chef-lieu de canton, Annuaire des cinq départements de la Normandie*, 1871, Pièces justificatives, n° 1, p. 330-331.

Texte établi d'après a

In nomine Domini nostri Jhesu Christi notum sit cunctis fidelibus sancte ecclesie quod ego Petrus de Sancto Hylario pro amore Dei et salute anime mee et uxoris mee ac liberorum nostrorum et omnium antecessorum ac successorum nostrorum atque omnium fidelium christianorum concessi et dedi ecclesie et monachis Sancte Trinitatis de Savigneio in perpetuam elemosinam liberam et quietam et ab omni servitio et consuetudine absolutam totam terram de Calumpniis inter Sanctum Jacobum et Valanias que Muntdaigneium appellatur, que terra semper fuerat in Calumpnia et vastitate inter Normanniam et Britanniam. Quam terram cum pertentiis suis donaverunt et concesserunt eidem ecclesie et monachis Savigneii similiter in elemosinam Willelmus de Kerneth et Odelina uxor ejus et miserunt in manu mea conservandam et defendendam eidem ecclesie et monachis Savigneii. Et ego suscepi eam de manibus eorum et posui eam in manu Serlonis abbatis et monachorum qui cum eo erant. Concedentibus filiis meis Jacobo et Hasculfo, coram militibus et burgensibus meis apud sanctum Hylarium in burgo. Anno ab incarnatione Domini M° C° L. primo.

Teste Ricardo de Curceio et Henrico de Lineriis et Hugone filio Rualdi monachis Savigneii et Ricardo et Willelmo capellanis et Olivero filio Alani et Willelmo filio Amis et Stephano Lecoc et Radulfo filio Morant et Ricardo de Villacanis et Alano fratre ejus et Herveo Morin et Rogero de Logis et Guidone de Logis et Johanne de Logis et Willelmo de Plaisicio et Godefrido de Martigneio et Willelmo filio ejus et Willelmo Pocin et Roberto Flandeboc et Mainguido filio ejus et har.. et Gaufrido Bruneto et Willelmo filio ejus et Durando Frete et Moylane et Bernardo armigero Oliveri et multis aliis.